Itaque 2.° probatur status, in quo districtus Piltensis ante Investituram Ser.mi Ducis Curlandiae fuit ex forma Gubernationis Statutorum, Legum et Iudicij Nobilitati eiusdem Districtus consensu publico in Comitijs Regni Gnalibus, divi Sigismundi 3. privilegio de Data Varsaviae die 28. mensis octobris anno D.ni 1611. concessi, quae longa articulorum serie ibidem comprehenduntur, et Constitutionem Regni in ijsdem Comitijs pro perpetua firmitate approbatorum, cuius Constitutionis formalia haec sunt.

Le parole della Constitutione si lasciano, perche sono in Idioma Polacco.

Sic igitur distincta fuit Iurisdictio territorij Pilten. a Iurisd.e Ducum Curlandiae, ut quid clarius esse non possit, et in Eae parte Ser.mo D. Duci Investitura plus praeiudicat, quam in rem servitat, praesertim quod eo nomine cum Ordinibus Regni agere neglexerit, et praetermiserit.

3.° ex tenore Commissionis subsequentis docetur a territorio Piltensi totaliter excludi Iurisdictionem Ducalem, cuius haec sunt verba.

Nos Ioes Kuczborski Dei, et Aplicae Sedis gratia Epus Culmen. et Pomeraniae, Adamus Talwois Samogitiae, maximilianus Przerebski Zavichostiensis, Castellani, Capitaneus Petricovien. Guillelmus Kochanski Sac. Regiae maiestatis secretarius, Ser.mi ac Potentis. Pnpis